

Ex studio consimili fuerit etiam illud, quod ait *proxime in iis, quae de philosophia dicuntur, ex unius idea et prima longitudine, latitudine ac profunditate animal conflasse: atque alia simili modo.*<sup>xxi</sup> Nam cum hi libri non extent et in his, qui exstant, nihil tale a Platone scriptum reperiatur, cum iam discussis locis conferendo recta ratione credi potest ac debet distortum perversumque ab Aristotele fuisse hunc quoque Platonis sensum.

Illud vero clare constat ex his, qui exstant, libris falsum esse quod subdit:<sup>70</sup> *Numeri namque ipsae formae et principia entium dicebantur.* Omnim enim entium principia scimus Platonem non numeros, sed *essentiam*, οὐσίαν idem, alterum, statum ac motum statuisse atque ideas et corporum elementalium triangulos, rectangulum et isoscelem numeros pro principiis eum posuisse, nullibi reperitur. Quamobrem totus hic locus prave fuit detortus.

Libro De sensu capite 2. locum hunc eundem carpit:<sup>71</sup> *Quandoquidem si ignis esset, sicuti Empedocles inquit: et in Timaeo scriptum est, et accideret visio exeunte, sicuti ex laterna lumine, cur non etiam in tenebris cerneret visio? Exstingui autem dicere in tenebris exeuntem, sicuti Timaeus dicit, vanum est prorsus. Quae enim extinctio luminis*

<sup>70</sup> οἱ μὲν γὰρ ἀριθμοὶ τὰ εἴδη αὐτὰ καὶ {αἱ} ἀρχαὶ <τῶν ὄντων> ἐλέγοντο. [ARIST. de An. 404b.24 – 25, usp. također ARIST. Metaph. 1076a.30 – 31]

<sup>71</sup> ἐπεὶ εἴ γε πῦρ ἦν, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησὶ καὶ ἐν τῷ Τίμαιῳ γέγραπται, καὶ συνέβαινε τὸ ὄραν ἔξιόντος ὥσπερ ἐκ λαμπτῆρος τοῦ φωτός, διὰ τί οὐ καὶ ἐν τῷ σκότει ἑώρα ἀνήσψις, τὸ δ' ἀποσβέννυσθαι φάναι ἐν τῷ σκότει ἔξιοῦσαν [ἔξιοῦσην], ὥσπερ ὁ Τίμαιος λέγει, κενόν ἐστι παντελῶς. τίς γὰρ ἀπόσβετις φωτός ἐστι; σβέννυται γὰρ ἡ ύγρω, ἡ ψυχρῶ τὸ θερμὸν καὶ ξηρόν [corr. ex ψυχρόν], οἶνον δοκεῖ τό τ'[τότε] ἐν τοῖς ἀνθρακώδεσιν [corr. ex ἀνθρακιόδεσιν] εἶναι πῦρ καὶ ἡ φλόξ, ὃν [corr. ex ἐν] τῷ φωτὶ οὐδέτερον φαίνεται ὑπάρχον. εἰ δ' ἄρα ὑπάρχει μὲν ἀλλὰ διὰ τὸ ἡρέμα λανθάνει ήμας, ἔδει μεθ' ἡμέραν γε [τε] καὶ {ἐν} τῷ ὅδατι ἀποσβέννυσθαι τὸ φῶς καὶ ἐν τοῖς πάγοις μᾶλλον [μάλιστα] γίνεσθαι σκότον, ἡ γοῦν φλόξ καὶ τὰ πεπυρωμένα [corr. ex πεπυρωμένα] σώματα πάσχει τοῦτο. νῦν δὲ οὐδὲν συμβαίνει τοιοῦτον. [ARIST. Sens. 437b.11 – 23.]

<sup>xxi</sup> To je citat, dodan kurziv.